

Ultimum est, multo minor causa desideratur ad dispensandum in tempore obligationis exequendi votum, quam ad omnino dispensandum in eo. Quia in

priori casu eadem obligatio manet, & soluta exequutio differtur. Et quod maior est dilationis mora, eo maiori causa oportus est.

DISPVT. VIGESIMAPRIMA.

An taciturnitas veri, aut falsi expressio vitiet rescripta, & dispensationes?

SVMMARIVM.

Rescripta quadam sunt gratia, alia iustitia. nu. 1. Quid differat inter subreptionem, & obreptionem. nu. 2. An rescripta gratia, & iustitia subreptitia, sint ipso iure nulla? nu. 3. An gratia ordinarij subreptitia sint ipso iure nulla, sicut Pontificia. nu. 4. An rescripta iustitia obreptitia sint ipso iure irritata. nu. 5. Quid, quando in eisdem literis continentur gratia, & iustitia rescriptum. nu. 6. In quibus casibus rescripta iustitia subreptitia sint ipso iure nulla? nu. 7. Quid sit in dispensationibus, & ceteris rescriptis causa finalis, & causa impulsiva? nu. 8. Quot questiones disputanda sint. nu. 9. An taciturnitas veri reddat gratia subreptitia? Resertur triplex opinio. n. 10. 11. 12. Proponitur sententia auctoris explicans quarum qualitatam taciturnitas etiam per ignorantiam contingens reddat gratiam subreptitiam, & quando non reddat, a. nu. 13. vsq; ad. 18. Vnde dignosci possit qualitatem tacitam conducere ad dispensationem, & eius generis esse, vt ea expressa non concederetur? nu. 19. In dubio an causa tacita, vel falso expressa sit finalis, vel impulsiva, & conducatur ad concessionem, vel denegationem dispensationis, quid presumatur? nu. 20. Que exprimentanda sint in beneficij imperatione, legitimatione, & an litis pendencie sit scienda mentio? Remissio. n. 21. An dispensatio irregularitatis sit subreptitia, tacendo occisum ab irregulari fuisse presbyterum? nu. 22. An sit subreptitia voti religionis dispensatio, non explicando fuisse votum perseverandi in illa, vel si vouens non explicuit se vouisse futurum se religiosum, sed tantum vouisse religionem? nu. 23.

An valida sit impetratio facultatis dispensandi in quodam casu, eo non explicato, si credatur fore vt eo declarato prelati denegaret? nu. 24. An dum dubitatur de dispensationis valore, presumenda sit validitas? nu. 25. An taciturnitas causa finalis de futuro vitiet dispensationem? nu. 26. Quid, quando taceatur veritas notoria? numero. 27. Quid, quando taceatur qualitas qua de iure irritanda rescripta. nu. 28. Quid, si taceatur veritas ex ignorantia, vel malitia curialis? Remissio. n. 29. & ibi, quid quando ex propria malitia taceatur causa impulsiva? Soluuntur argumenta. n. 30. Post. n. 30. inuenies alia summaria.

HActenus egimus quando dispensatio corrumpitur defectu potestatis dispensantis, & defectu cause: iam aggredimur quando ex parte impetrantis irrita sit. Et primo proponitur disputatio praeiens quando in genere taciturnitas veri, aut falsi expressio vitiet. Deinde de dispensationibus sequentibus agemus specialiter de explicandis necessariis dispensationibus matrimonialibus, vt validae sint. Ad maiorem autem elucidationem disputationis praesentis, quae & grauissima, & difficilissima est, praemittemus aliqua. Deinde ad questiones discutendas descendemus. Primo praemittendum est, rescripta alia esse gratia, alia iustitia. Priora dicuntur, quae ad beneficia, dispensationes, & alias quascunq; gratias obtinenda conceduntur. Posteriora autem, quae ad lites forenses impetrantur, vt ad committendam causam iudici in foro externo decidendam. Sic Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 3. casu. 201. n. 1.

Secundo supponendum est, vt rescripta aliquando appellari subreptitia, ali-

quan-

quando obreptitia. Inter quae non concordant auctores quid differat. Quidam enim censent subreptitia dici, quando Princeps plene intellexit tenorem precum, at in eis tacita est veritas necessariis explicanda, vel falsum aliquid narratum est. Obreptitia vero quoad per verborum inuolutionem, aut cautam loquelam, puta ironiam, vel callidam, effugiunt deliberatam concedentis conscientiam, ac plenam eius intelligentiam. Sic Innoc. c. cum dilecta, num. 3. de rescript. & ibi Abb. n. 7. Felinus. num. 2. Barbatius conf. 49. n. 6. fine, & consil. 55. num. 1. volum. 4. & dicit posse tolerari Imola, d. cap. cum dilecta, nu. 10. Alij vero multi, quos refert Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 3. casu. 201. num. 9. censent subreptionem esse quoties veritas taceatur, vel per consulum, ac perplexam eius narrationem occultatur. At obreptionem, quando falsum narratur. At dicendum est haec esse synonima, & nil inter se differre, ac differentiam hanc nihil deferuire, quoad irritanda rescripta. Quare dicuntur indifferenter obreptitia, vel subreptitia, quoties male impetrantur, siue tacita veritate necessariis explicanda, siue falsum ad rem conferens, in precibus narrando. Atque ita tenent Decius cap. super literis, in noua editione, notabili. i. numer. 4. de rescript. Rebuffus tom. 2. constitutionum regiarum, tit. de rescriptis, in praefatione nu. 125. Menochius multos allegans. d. casu. 201. n. 10. & sequentibus.

Tertio praemittendum est, quam plures esse differentias inter rescripta gratiae, & iustitiae: quas late prosequitur Rebuffus praexi. benef. tit. differentiae inter rescripta gratiae, & iustitiae, a numero. 1. Ea tamen potissima est, & quae ad rem nostram atinet, quod rescripta gratiae per subreptionem obtenta sint ipso iure irrita, quare quidquid virtute eorum factum fuerit, nullius proferat esse momentum. Secus autem de rescriptis iustitiae, quae valida sunt, donec ope exceptionis elidantur, id est, donec aduersarius contra quem impetrata sunt, excipiat allegans ea esse subreptitia. Quare processus virtute illorum factus validus erit, si de subreptione minimè excipiat. Prior pars probatur ex cap. finali, de filijs presbyt. in 6. vbi rex tex loquens de dispensatione quadam ad beneficia, sic ait. *Velati per subreptionem obtenta nullius penitus est momenti.* Qui textus extenditur ab vniuersis doctoribus ad

literas quascunq; gratiam, siue dispensationem contentes. Posterior autem pars probatur ex cap. si autem, & cap. plerique, de rescript. vbi deciditur secundum rescriptum impetratum per subreptionem ob primi taciturnitatem, conualescere data negligentia in primo impetratore. Quod fieri nequiret, si foret ipso iure irritum. Huius autem differentiae rationes tradunt partim Monachus. d. cap. finali, a numero. 4. vsque ad. 9. & partim Abb. cap. ad audientiam, el. 2. num. 14. de rescri. ad quibus caeteri mutuati sunt. Quod literae iustitiae comparentur contra dibus scribitur iuris: at literae gratiae contra dibus bonae fidei. Quare sicut in his debet esse exuberantia bonae fidei, vt notatur. l. bonam fidem. C. de actionib. & oblig. sic in literis gratiae debet omnis puritas reperiri. Quare sicut subreptio dans causam contra huius iuris, non reddit ipso iure irritum, sed irritandum: secus de contra dibus bonae fidei. Sic subreptio non reddit ipso iure irritas literas iustitiae, sed ope exceptionis irritandas: secus de literis gratiae. Item quia facilius conceduntur literae iustitiae, quam gratiae. c. fin. de crimine falsi. Item quia ingrator videtur obtinere nitens beneficium, & gratiam per subreptionem. Tandem quia in spiritualibus debet esse omnis puritas. Atq; ita differentiam hanc tradunt Gloss. eo. c. fin. post casus positionem, notabil. 2. vbi Monachus ad. n. 4. Ioan. Andr. Archid. Dominicus, Friscus in fin. Bald. l. praescription. numero. 11. C. si contra ius. Abb. cap. quod super his. numer. 2. de fide instrum. & cap. quia circa. numer. 5. de consangu. vbi Alexander de Neuo, numer. 6. idem Abb. dist. capit. ad audientiam. n. 14. & ibi Felin. a. n. 17. Milis in repertorio, litera. G. verb. gratia. num. 3. vers. gratia siue sit indulgentia, & multis alijs citatis Rebuffus praexi. benef. tit. differentiae inter rescripta gratiae, & iustitiae, a n. 1. Nauar. c. si quando. prelude. 1. num. 1. de rescript. Menoch. de arbit. lib. 2. centuria. 3. casu. 201. n. 2.

Nec aliquid discrimen hac in re inuenio inter dispensationes, gratiasq; a summo Pontifice, vel ab ordinario inferiori coacta: sed vtraq; ex subreptione obtenta sunt proferri irrita. Quod rationes. n. praecedenti allatae in vtriusque militent: ac doctores ibi relati indistincte loquantur. Ita quia cum tales literae reddantur nulle ex defectu voluntatis concedentis, quam

aufert

aufert decepto tacita veritate, vel expressa falitate inducenti ad concedendum: atque idem voluntatis defectus reperitur in Pontifice, & in quocunque alio inferiori concedente, idem in vtriusque gratijs dicitur esse. Tandem quia nemo diceret, dispensationem in voto non nubendi imperatam ab Episcopo validam esse, allegata falsa causa vehementis periculi incontinentie, vel tacita circumstantia necessario explicanda, vt si simul esset votum non nubendi, & assumendi ordinis sacri. Vnde non approbo quod ait Emmanuel Sa summa verbi gratia. n. 22. vbi dicit, gratias ab ordinario concessas non reddi ex sola subreptione irritas, sed à solo Pontifice promanantes. Quod ita vniuersaliter dictum non est verum, sed id verum habet in literis imperatis ad beneficia, in quibus aut tacetur verus beneficij valor, aut falsò exprimitur, non enim ob id redderentur subreptitiæ, sicut si à Papa imperarentur. Vt bene tradunt Felinus, alijs relatis. c. ad aures. n. 15. conclus. 14. de rescript. Selua beneficiorum. 3. p. q. 1. r. a. nu. 56. Cuius differentie ea est ratio. Quia cum ordinarius presumat qualitates beneficiorum suæ diuinitatis melius nosse, quam priuati, expressio talis valoris non est necessaria: atque adeo taciturnitas, vel falsi expressio tãquã cadens super re nõ necessaria, minimè subreptione vitiatã literas inducit. Quare cautè Nauar. lib. 1. consil. tit. de repon. ordin. in 1. editione, conf. 43. n. 1. ver. 2. in post. cõf. 2. n. 1. non ita vniuersaliter inter vtrasq; gratias discrimen hoc constituit, sed limitatus dicens gratias ordinarij non fieri nullas ex omni subreptione, sicut gratias Pontificis. Et probat ex clem. 2. de offic. ordinarij. vbi dicitur, collationem beneficij factam ab ordinario habenti aliud, illudq; factenti, non esse irritam: secus si à Papa, vel eius legato fiat. Ecce vbi solum in beneficijs differentiam hanc statuit. Quia aliqua sunt necessario explicanda, dum à Pontifice imperantur, quæ non sunt necessaria, dum imperantur ab Episcopo, ob rationem proximè traditam. Quare nõ omnis taciturnitas, vel falsi expressio, quæ circa illa induceret subreptionem irritantem literas imperatas à Papa, inducit, quã do imperantur ab ordinario.

Quibus autem cõcordent Doctores, rescripta iustitiæ subreptitiã nõ esse ipsõ iure irrita, (vt diximus nu. 3.) discrepant quã do obreptitiã sunt. Quidã enim sentiunt

esse irrita ipsõ iure, & intelligunt esse obreptitiã, quando per inuolutionem verborum, & cautam locutionem sunt imperata. Quia cum dolo obtineantur, processus debet esse ipsõ iure nullus, quantum aduersarius non excipiat. Sicut in sententia lata dolo presentis contra absentem, de cernitur. l. prator. §. Marcellus. ff. de iudicijs. Sic tradunt Innoc. c. cum dilecta. nu. 3. de rescript. & ibi Abb. n. 7. Milis in repertorio litera. R. n. 7. verb. rescripta; vers. rescriptum ad lites si est subreptitium. Tiraquel. de pœnis tẽperadis, causa. 44. n. 40. Sed iure optimo hoc reprobant dicentes in neutro casu esse irrita ipsõ iure, Felinus c. ad audientiam, el. 2. n. 8. de rescript. & d. e. cum dilecta. n. 2. vbi Imolan. 10. Menochius de arbitrar. lib. 2. centuria. 3. casu 201. n. 26. Ducuntur, quòd idem Innoc. c. ad aures, ad finem, de rescript. asserat casandum esse quidquid sit per literas obreptitiã. Ergo censet non esse ipsõ iure irritum. Secundò, quia non debet plus operari, Papam non plene factum percipisse, ob nimiam verborum inuolutionem, quã si id omnino fuisset tacitum, vel falsò expressum.

Temperanda est autem hæc differentia inter vtraque rescripta, vt si simul in eisdem literis rescriptum gratiæ, & iustitiæ contineatur, speciatim sit, quid per principalitẽ concedatur, & iuxta id est regulandum accessorium. Iuxta regulam accessorium, de regul. iur. in 6. Quare si in eodem rescripto concedatur gratia, seu beneficium principaliter, & accessorie detur alicui iurisdicctio ad eius gratiæ executionem: sicut gratia per subreptionem redditur ipsõ iure nulla, ita & iudicij assignatio. Et ita intelligitur, c. cõstitutus, de rescript. ibi. *Quidquid factum est occasione literarum istarum irritum decernatis.* Et ratio est, quia cum executor non deputeret principaliter ad lites, non possunt dici eã literæ iustitiæ, sed accessorie literis gratiæ. Vnde sicut gratia corrumpit, ita & ipsæ. Sicut, c. si su per gratia, de offic. deleg. in 6. sustinetur executoris assignatio accessoria gratiæ factæ, ne morte concedentis re integra pereat, vt perire deberet, ni accessorie esset. Quòd sequatur naturam illius gratiæ factæ, cui accedit, quæ morte concedentis nullatenus perit. Et ita hanc partem docent Abb. d. e. constitutus. n. 5. & c. ceterum. n. 6. de rescript. & c. ad audientiam, el. 2. nu. 14. eodem tit. vbi alios referens

Felinus. n. 19. Dominicus consil. 63. nu. 9. Berouus. c. ad aures. nu. 14. de rescript. Rebuffus praxi benefic. tit. differentie inter rescripta gratiæ, & iustitiæ. n. 4. Nauar. c. si quando, præliud. 1. num. 1. de rescriptis. Quòd si deputaretur iudex principaliter super contentione beneficij, quantum literæ concernerent beneficij priuationem, valeret utiq; per subreptionem obtentæ, atq; processus ab eo iudice factus validus esset, donec ope exceptionis elidatur. Quia regulantur vt rescripta iustitiæ ad lites, eò qd id principaliter contineant, gratiam verò accessorie. Sic Abbas. d. c. ad audientiam. n. 14. & ibi Felin. n. 17.

7 Alij casus solè assignari, in quibus rescripta iustitiæ subreptitiã sunt ipsõ iure nulla, qui videndi sunt in Felino. c. ad audientiam, el. 2. n. 8. & sequentibus, de rescript. & vide aliam casum in hac disp. nu. 75. & 76.

8 Quartò præmittendũ est, causam in dispensationibus, & literis quibuscunq; tacitam, vel falsò expressam, aliam esse finalem, aliam impulsiuam. Et quamuis quoad alios effectus sit grauissima contouersia, qualis dicatur causa finalis, & qualis impulsiva: vt potest videri in Tiraquello tract. cessante causa, tota limitatione prima, at quoad inducendam subreptionem in rescriptis gratiæ, vel iustitiæ, causa finalis dicitur, qua non existente Princeps gratiã minimè concessisset, vel qua ei significata denegasset petita. At impulsiva ea est, quæ falsò expressa principẽ mouet ad facilius concedendum petita, vel si vera est, & ea non taceretur, moueret ad difficilius concedendum: at reuera profus concederet gratiam in vtroq; casu. Atq; sic optimè docet Couar. lib. 4. variarum. c. 20. num. 5. vers. his ita breuiter. Atq; ita in his rescriptis explicant causam finalem, id est, qua nõ existente Princeps non concederet, & impulsiuam, quando concederet, sed non tã facillè, Abb. c. postulasti. n. 1. notabili. 4. de rescript. & ibi Decius in noua editione. nu. 10. notabili. 4. Alexander consil. 161. fin. volum. 7. Barbatius consil. 49. nu. 6. sine, vol. 4. Iason. l. 1. n. 2. C. si contra ius. Tiraquellus cessante causa, limitation. 1. n. 11. Similiter dicitur causa finalis, ea sine qua non concederetur priuilegium, aut dispensatio eo pacto, quo concessa sunt, sed eidẽ concessioni moderamina quædam adhibita fuissent. Quòd verè ea possit dici causa sine qua non concederetur gratia, siquidẽ

eo pacto, quo concessa est, non cõcederetur. Sic docet Baldo, & Aymone allegatus Barbofa. l. 1. p. 1. n. 8. ff. soluto matri.

His ergo præmissis, quatuor in hac dispensatione sunt agendæ quæstiones. Prima est, quãdo taciturnitas veri reddat gratiam subreptitiã. Secunda, quãdo expressio falsi idem operatur. Tertia, an in rescriptis motu proprio concessis contingat subreptio ratione taciturnitatis veri, aut expressio falsi? Vltimã, an vitiet subreptio totam gratiam, an solum eam partẽ, in qua inuenitur.

Quæstio prima. Quando taciturnitas veri reddat gratiam subreptitiã, ac proinde irritam? Triplex est sententia. Prima si finet ex taciturnitate veritatis reddi quacunq; gratiam, & dispensationem, subreptitiã, ac irrita, quoties est causa illa veritas tacita non tantũ finalis, sed impulsiva etiã concessio, quia, nimirũ, ea veritas declarata retraheret Principem vel à concessione, vel saltem difficilius notabiliter eam concessisset. Dicitur primò ex. c. postulasti, de rescript. vbi quidam à Põtificẽ obtinuit beneficium tacendo vicariam perpetuam victui sufficientem quæ possidebat. & consultus Pontifex respondet gratiam beneficij fuisse subreptitiã, & redditationem his verbis. *Et pro habere beneficij sufficientis subsidium, ex certa scientia super beneficio alio obtinendo, de leui non scribimus.* Cuius textus dispositionem quamuis aliqui ardeant vt in solis gratijs beneficij, de quibus loquitur procedat: idque in illarum odium, gratia ambitionis reprimẽda, iuxta. c. quamuis, de præbend. in 6. Hi sunt Abb. eo. c. postulasti. n. 1. notabili. 4. Milis in suo repertorio, liter. G. n. 3. verb. gratia, vers. gratia non dicitur. Decius cap. cum cessante, paulò post principium, de de appellat. Euerardus loco à contrario sensu. n. 18. At receptissima sententia habet decisionem eius textus locum quoq; habere in omnibus alijs gratijs, & priuilegijs, vt multis citatis probant Tiraquellus statim allegandus, & Guierrez. q. canonice, lib. 2. c. 15. n. 22. & constabit ex doctoribus, quos statim allegabo. Quia in materia subreptionis æquiparantur literæ beneficiale, & priuilegia, ac quæuis gratia, vt tradunt Innoc. cum dilect. n. 3. de rescript. Bartolom. Socinus consil. 270. ad finem, volum. 2. Ergo taciturnitas veritatis, quæ expressa retraheret Principem à tam facili concessione, gratiam vitiat. Et confirmatur,

tur, quia constat ex. c. non potest, in principio, & cap. si motu proprio, de prabend. in. 6. & ex. c. si proponente, de rescrip. gratiam ad obtinenda beneficia vitari ex veri taciturnitate, quo expresso adhuc gratia concederetur. A fortiori ergo vitabitur ceteræ gratiæ tacita veritate, cuius expressio redderet Principem notabiliter difficultiorem ad concedendum. Secundò, quia (vt pòderat Nauar. c. si quando, exceptione. 3. n. 3. de rescrip.) qui cum maiori difficultate, ac mora rem concederet, non dicitur nihilominus rem concessurus: immò aliqua ex parte minus concedit. Iuxta vulgare proverbum, Qui citò dat, bis dat. Ergo ea concessio est partim inuoluntaria, & sic corrumpit. Cùm vim suam ex sola concedentis voluntate obtineat. Tertio, quia idem veri taciturnitas irritat dispensationes, & gratias, quòd sit virtualis quædam falsi narratio mouens Principem ad dispensandum. Nam tacens quæ iure, aut consuetudine, aut alijs circumstantijs suadentibus sunt explicanda in dispensatione, censetur virtute asserere ea non esse, ac per còsequens falsum narrat, quo Principem ad concedendum inducat. At falsi narratio iuxta ferè omnium sententiam vitari dispensationem, quoties notabiliter inducit Principem ad facilis concedendum. Idem ergo de taciturnitate veritatis, qua cognita difficilius redderetur concessio, censenda est. Et idem huius sunt sententiæ loquentes in beneficijs, non tamen limitantes ad beneficia, sed de alijs gratijs nil dicunt. Glof. in. c. finali, in casu petitione, de filijs presbyt. in. 6. & ibi Probus in addit. ad monachum. nu. 3. vers. ipso iure. Abbas. c. ad aures. n. 4. de rescrip. & c. super literis, n. 7. eodem tit. Dominicus. c. Dudum, nu. 15. de prabend. in. 6. & ibi Anchar. nu. 3. Francus ad finem. Idem Dominicus. c. si motu proprio. n. 7. eodem tit. & lib. & ibi Francus. n. 7. Imola. c. postulat. nu. 4. de rescrip. & ibi Felin. n. 1. colùna. 3. possunt etiam, & vers. per ipsum textum. Staphilaus de literis gratiæ, vbi de modo, & forma impetrandi. §. præterea est dare dignitatem. n. 5. Calsiodorus decisione. 12. nu. 14. de prabend. & decisione. 3. n. 3. vt lite pendenti. Rebuffus in repetitione. c. nulla, art. 2. statim in principio, conclus. 4. de concess. prabend. & praxi benef. in. 3. p. signatur. verb. nec non iuris patronatus, n. 24. & in concordatis, in forma mandati Apostolici, vbi explicat narranda in bene-

ficiorum impetratione, post. 30. narrandum, vers. si vero à iure. Selua benef. 3. p. q. 11. n. 6. & q. 12. n. 51. Beis in suis responsionibus, casu. 62. sine. Et ita idem videntur sentire in alijs gratijs, & priuilegijs. Quia (vt in. 1. ratione probati) quoad subreptionem equiparantur beneficijs. Et loquentes in genere de rescriptis, (quæ terminum commune esse ad rescripta gratiæ, & iustitiæ diximus. n. 1.) dicunt idem Abbas. c. ceterum. n. 3. de rescrip. & c. ex conuersione. n. 4. de restit. spoliat. Cardin. c. postulat. num. 4. notabili. 8. de rescrip. & ibi Barbacius n. 16. Felinus. c. super literis. n. 8. vers. exprimenda sunt, de rescrip. Iason. l. 1. n. 2. C. si contra ius. Alexand. addit. ad Bartolum. l. demonstratio, §. quod autem, verb. longa differentia. ff. de còdit. & demonstrat. Angelus summa, verb. rescriptum. n. 3. & ibi Armilla. nu. 2. Tabiena. q. 3. n. 4. Sebastianus Medices tractatu, Mors omnia soluit. 3. p. n. 145. Brunorus in suo compendio, litera. 5. vers. subreptio vitari. Et loquentes de literis iustitiæ docent idem Corneus conf. 227. n. 10. volum. 2. Afflidis decisione Neapolitana. 116. n. 3. Et loquentes in priuilegio legitimacionis docent idem Abbas. c. per venerabilem. n. 27. qui filij sint legit. & ibi Alex. de Neuo. n. 44. Corneus conf. 245. n. 4. volum. 1. Barbacius conf. 49. n. 6. fine, & conf. 55. n. 1. vol. 4. Ruinus conf. 5. n. 15. vol. 1. Gozadinus conf. 6. n. 6. Angelus summa, verb. legitimacionis. n. 5. Rosella verb. illegitimus. n. 19. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 9. n. 1. Rojas epitome successio. num. c. 23. n. 21. Valascus conf. 6. n. 5. 10. 1. Spino Spec. testam. glof. 16. principali. n. 134. Cernantes. l. 12. Tauri. n. 40. Et loquentes de dispensatione matrimonialium docent idem Præpos. c. quia circa. n. 4. de consanguin. vers. sed de dispensatione. Dominic. conf. 33. n. 5. vers. vnde mater. Corn. conf. 201. n. 8. vol. 1. Decius conf. 602. viso pù. Ro. n. 19. dubio. 7. vol. 5. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 14. Gallego de cognatione spirit. c. 23. n. 12. Gutierrez statim allegandus. Et loquentes de omnibus gratijs docent idem Abbas. c. constitutus. n. 5. de religiosis domib. Alexand. conf. 161. visis narratis, in fine, & conf. 95. requisitus. n. 7. vers. non obstat, volum. 7. Bartholomeus Socinus conf. 175. ad finem, & còf. 164. n. 3. vol. 2. Marianus Socinus Junior conf. 77. n. 8. vol. 1. Corneus conf. 98. quàm videatur. n. 6. vol. 3. Tiraquel. tract.

cessante

cessante causa, limitation. 1. num. 12. & sequentibus. Iacob. de Puteo de c. 1. 246. nu. 4. lib. 1. Pelaez de maioratu, in. 1. reditio. 1. p. q. 3. n. 3. Mascardus de probatio. conclus. 846. n. 1. & 7. Gutier. q. canon. lib. 1. c. 15. n. 12. & lib. 2. c. 15. n. 41. & sequentibus. Flaminius de confidencia benef. q. 46. nu. 38. & 39. Azebedo lib. 8. recopil. tit. 25. l. 2. n. 13. & 14. Auendaño tractatu de iniuriarum. 3. & hanc dicit esse magis receptam sententiam Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 3. casu. 201. n. 22. Et huius sententiæ videtur Molina rom. 3. de iustitia, disp. 591. n. 5. & 6. ait enim dispensationem Principis ad inlitruendum maioratum esse subreptitiã, nisi fiat mentio prioris obtentiæ: & reddit rationem, quia difficilius concederet Princeps posteriorem, si sciret prioris: & disp. 650. n. 2. expressè ait reddi subreptitiã dispensationem, tacito eo, quod retardaret Principem à concessione faciendã.

Secunda opinio docet solum vitari gratiam, & dispensationem, tacita veritate, quæ est causa finalis cõcessionis, id est, qua cognita minimè Princeps gratiam concessisset: secus quando est solum causa impulsiva, quia, nimirum, ea cognita tandem gratiam concessisset, quauis maiori cum difficultate. Ducitur, ex. c. dudum, vers. nos igitur, de prabend. in. 6. vbi ad valorè cõcessionis beneficij ponderat Pontifex nõ obstat taciturnitatem veri, quo cognito concessisset adhuc, ibi. *Considerantes quoque quòd nos exposito nobis de potestate predicta, nihilominus literas gratiosas daremus.* Item ex. c. fin. de filijs presbyt. in. 6. vbi decidès textus non valere dispensationem ad aliud beneficium impetrandum ab illegitimo obtentam, si aliud prius impetraret, nisi prioris defectus mentionem faciat, reddit rationem his verbis. *Cùm non sit verisimile sedem ipsam cum illo predictum pariente defectum voluisse si hoc fuisset expressum, dispensare.* Secundò, quia ratio huius subreptionis, ac inefficaciæ gratiæ tacita veritate, & surgit ex ignorantia illius veritatis in Principe, ac subinde defectus voluntatis concedendi: ignorantia enim voluntatem auferit. At subreptio, & defectus causæ impulsivæ, quæ solum retardaret à tam facili concessione, non irritat à gratuita voluntate pendentiã, nec auferit voluntarium ad eorum valore requisitum, sed tunc tantum quando omninò retraheret à concessione, & sic est defectus

in causa finali, vt constat ex. l. cùm tale. 71. §. fallam causam. ff. de condit. & demonst. vbi deciditur tunc vitari legatum ex causa defectu, si probetur fore vt cognita veritate testator non legaret. Ergo à fortiori gratiæ & dispensationes, quæ non omninò gratuita sunt, sed ad Principis officium spectant, & in quibus cõcedendis, aut denegandis, ratio ipsam duci oportet, tunc tantum vitabitur, ac inuoluntaria censentur, quando ignorantiã, aut error Principis versatur circa causam finalem, qua verè cognita gratiam non concessisset. Et cõfirmatur, quia in ceteris omnibus dispensationibus defectus causæ impulsivæ minimè obstat quin actus omninò validus sit, sed solius causæ finalis defectus, quia, nimirum, non exilenti actus minimè fieret, vt vniuersi doctores aduertunt, c. post translationem, de renunciat. c. & si Christus, de iureiur. c. cum cessante, de appell. l. si mulier. C. de iure dotium. l. 1. §. lexum. ff. de postulando. Cur ergo non idem dicemus in gratijs, & dispensationibus? Tandem quia quando exprimitur causa de se sufficiens ad concedendam dispensationem, etiam tacita causa, quæ difficultiorem concessionem redderet, quauis quoad modum quendam accidentalem, nec variantem rei substantiam, nec absolutam concessionem, sed quoad solam maiorem concedendi facilitatem sit aliquatenus inuoluntaria cõcessio, at simpliciter, & quoad substantiam est voluntaria. Nõ ergo erit censenda subreptitiã, & irrita. Pro hac sententiã est Glof. fa. c. dudum, verb. de ipsa, de prabend. in. 6. vbi ait valere literas, dum non est talis veritas tacita, qua expressa literæ non haberentur. Nec obstat quòd statim subdit dicentes id non esse generaliter verum in literis ad beneficia impetratis, per. c. si motu proprio, de prabend. in. 6. Nã bene in hoc Glof. fa ait fallere hanc regulam in eo casu, (vt dicemus nu. 13.) eo quòd tacetur veritas, quam iura iubent exprimi. Eandem sententiã clarè videntur tenere Speculator. tit. de dispensatione. §. dicendum restat. n. 12. vers. quid si, & Innoc. c. dudum, el. 2. n. 15. de elect. vbi loquentes de beneficij impetratione, dicunt taciturnitatem veri tunc vitari, quando contingit in his, quæ circa dispensationem obtinendam consunt, scilicet, quibus expressis obtenta non esset. Et idem Innoc. c. super literis, ad finem, de transactio. & ibi Host. n. 3. nam dicentes quoddam rescriptum, in quo tacita est

veri.

veritas, non esse subreptitium, eam reddunt ratione, quod non fit talis veritas, qua expressa litera non haberentur. Videtur etiam tenere Immol. d. c. dudum. nu. 18. vbi ait tunc dispensationem vitari, quando taceatur veritas, qua expressa Princeps non concederet. Videtur etiam tenere Abbas. c. ad audientiam. el. 2. nu. 14. de rescript. vbi ait in beneficijs, & alijs priuilegijs vitare subreptionem, quando Princeps non esset verisimiliter concessurus. Et in proprijs terminis docent Lapus allegatione. 89. factum super quo. in 6. Syl. verb. rescriptum q. 6. & q. 7. initio, & verb. legitimus. q. 3. disto. 4. Decius. c. postulasti. in noua editione. nu. 11. notabili. 4. & c. super literis, super glossa. in verb. literas. n. 33. de rescript. Berou. eo. c. super literis, in 2. lectura. nu. 55. & 73. Parisius consil. 4. n. 35. volum. 4. Couarrubias lib. 1. variarum. c. 20. n. 5. vers. falsitas verbi. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 3. casu. 201. n. 50. Emmanuel Summa. verb. gratia. n. 10. Addit Coua. hoc intelligendum esse, quando adhuc veritate narrata concessisset Princeps gratia eodem modo, licet maiori cum difficultate: scilicet si non ita vt concessisset, concessisset, sed et concessioni moderamina quaedam adhibendo. Et ratio est, quia dans ignorantia, & errore ductus, absq. limitatione, & grauijme, quod re cognita non ita dedisset, multo plus dat quam velit, & ideo respectu concessionis sic facta censetur inuoluntaria. Hoc idem sentire videtur Molina tom. 1. de iustitia, disp. 173. col. 8. vers. vt item legitimitio, vbi ait necesse esse dispensanti proponi quidquid eum a dispensatione eo pacto concedenda retraheret, alioquin eam esse subreptitiam.

12 Tertia sententia docet non ex omni veritate taciturnitate reddi gratiam subreptitiam, quantumvis cognita Princeps non concessisset, sed tunc solum quando taceatur veritas, quam iura iubent exprimi. Ducitur, quia voluntas Principis praesumitur talis, qualis est intentio iuris. l. ex facto, in principio, & ibi Bald. statim in principio. ff. de vulgari. Et tradit Decius consil. 33. n. 6. vol. 1. Ergo vbi iuris intentio ad dispensationis valorem non exigit expressionem alicuius veritatis, nec voluntas Principis praesumetur esse vt ea exprimat. Secundo, quia nemo negabit valere beneficij impetrationem, quantumuis impetrans criminibus sit irretitus, dummodo nullo impedimento iure inducto affectus sit. Cuius

men possit iure optimo praesumi, fore vt Pontifex conscius nullatenus ei conferret. Tertio probat Rebuffus statim allegadus, quia gratiam esse irritam esse poena. At vbi ius non imponit poenam, imponenda minime est, vt notatur regula in penis, de regulis iuris, in 6. Et ideo hanc sententiam sustinent Glossae. l. 1. verb. vel alteri, paulo post principium, de praebend. Calderinus consil. 6. ad finem, vers. per praedicta, de praebend. & consil. 10. n. vnic. de rescript. & consil. 1. n. 3. de filijs presbyt. Bellemera decil. 697. conclusio extra rotam. n. 4. & 5. Felin. c. postulasti. n. 1. vers. declarata, & c. super literis. n. 2. vers. & regula est, de rescript. Curtius Innor. consil. 27. n. vlt. vers. confirmantur praemissa. Campegius inter consilia Brunori, consil. 2. n. 50. & 51. Rebuffus tractatu de nominationibus q. 9. n. 49. Nauar. extrauag. de datis, & promissis pro literis gratiae, notabil. 32. n. 48. corollario. 4. vers. nec obstat resolutio, & summa. c. 22. n. 86. & lib. 3. consil. in vtraq. editione. tit. de feudis, consil. 1. n. 4. & lib. 1. tit. de constitutione. consil. 1. q. 11. nu. 50. & in 1. editione, lib. 1. tit. de rescript. consil. 1. n. 5. in 2. eod. tit. consil. 12. n. 5. & consil. 18. n. vnic. & lib. 4. tit. de consang. in 1. editione, consil. 5. n. 2. & consil. 1. n. 2. & consil. 4. n. 3. in 2. consil. 8. nu. 2. consil. 9. num. 3. consil. 7. n. 3. & lib. 5. in 1. editione, tit. de homicid. consil. 4. nu. vnic. in 2. lib. 4. tit. de cognat. spirit. consil. fin. n. 3. Grego. Lopez l. 36. verb. encubriendo, tit. 18. p. 3. Mandosius de signatura gratiae, verb. absolutio ab haeresi, vers. dispensatum fuerat. Sarmiento lib. 1. sectarum. c. 9. nu. 2. Bosius practica, tit. de remedijs ex sola clemetia Principis. n. 34. Flaminus de resignatione benef. lib. 6. q. 2. n. 86. & lib. 10. q. 2. num. 18. Zual. q. practica. q. 737. n. 16. & ex theologis, Henriquez lib. 12. de matrim. c. 2. n. 6. & c. 3. n. 7. & lib. 13. de excommunic. cap. 30. nu. 2. Petrus de Ledefma de matrim. q. 56. ar. vltimo, dubio. 2. difficultate. 2. conclusione. 2. Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, vbi de ieiunio. c. 112. col. 25. & vbi de matrim. vltimo, col. antep. & 1. p. cap. 296. col. 13. Emmanuel Summa, verb. dispensatio. n. 10. Manuel. 1. tomo summe 1. editione. c. 238. n. 1. & c. 179. concl. 5. numer. 10. & in quaest. regularibus, tom. 2. q. 46. ar. 6.

13 Prima tamen conclusio. Taciturnitas qualitatis, quam iura specialiter exprimi iubent, reddit gratiam subreptitiam, quae

uis constat fore vt ea expressa Princeps eadem facilitate concessisset. Ratio est, quod pro forma exigant iura harum qualitatū expressionem. At forma ad vnam est obseruanda etiam in his minimis. Iuxta. l. 1. & ibi Bald. ff. de liber. & posthum. Idem collat. ex c. si motu proprio, de praeb. in 6. vbi deciditur, ex quantumuis modici beneficij taciturnitate reddi alterius impetrationem subreptitiam. At aperte constat id modicum beneficium taciturnum non fore impedimento, quominus Pontifex conscius eadem facilitate aliud concederet. Et ita docent Dominicus. c. dudum. n. 15. de praebend. in 6. & ibi Francus ad finem, & d. c. si motu proprio. n. 7. Ripa responso. 14. n. 6. de rescript. Felinus c. super literis. nu. 2. limitatione. 1. & c. ad aures. nu. 12. conclus. 9. de rescript. Decius d. c. super literis. in noua editione. nu. 18. & 33. d. c. ad aures. conclus. 1. n. 18. & n. p. nult. Rebuff. tract. de nominat. q. 9. n. 50. & in concordatis, in forma mandati Apostolici, vbi explicat narranda in beneficij rui impetratione, post. 30. narrandū, vers. notandi est tamen: & repetitio. c. nulla, de concess. praeb. ar. 2. statim in princ. concl. 3. Selua benef. 3. p. q. 11. n. 6. Couar. lib. 1. variarum. c. 20. n. 5. vers. verū vt his. Menoch. re. lato Socino iunior, de arbitrarijs. lib. 2. centuria. 3. casu. 201. n. 27. Mascard. de probatione. concl. 846. n. 2. & 3. Gutier. q. cano. lib. 2. c. 15. n. 3. iunior. n. 4. Flamin. de confidentia benef. q. 46. n. 53. Quod si opponatur. c. gratia, de rescript. in 6. respōdebo n. 60. Quare minus bene Nauar. lib. 3. consilium vtraque editione, tit. de feudis, consil. 1. n. 5. ait duo requiri, vt taciturnitas vitietur, alterum, vt iure caueatur, veritatem illam exprimentam esse alterum, vt id, quod taceatur, sit tale, vt expressum retraheret Principē a concedenda gratia. Quod idem videtur expressē tenere Bellemera num. praecedenti allegatus, dum ait oportere verum taciturnum esse tale, vt de illo reperatur iure cautum, vel iure certum sit, eo expresso gratiam non concedendam. Quod idem videtur tenere reliqui ferē omnes num. praecedenti allegati pro tertia sententia, licet enim non omnes vniuersa eius verba referant, at ipsum referunt, & sequuntur. Sed eorum sententia sequenda non est in hoc, sed tenenda est conclusio posita.

14 Nec refert, etiam si ignoranter ea qualitas tacita fuerit. Cuius enim omitatur for-

ma, corrumpit actus, nec ignorantia iuuabit, nisi ad excusandum a culpa. Sic Glossa. c. si motu proprio, verb. taceatur, de praebend. in 6. & ibi Archid. n. 2. verb. taceatur, Decius. c. super literis, in noua editione. nu. 18. de rescript. Menoch. Mascard. n. 4. Flaminus. n. 54. Gutier. allegati nu. praecedenti. Quare minus bene Henriquez lib. 12. de matrimo. c. 3. nu. 8. ait excusari taciturnitatem hanc etiam ex culpabili ignorantia, dummodo non sit crassa. Vt contingit in excommunicatione. At manifesta est differentia, quod excommunicatio incurritur ob inobedientiam & contumaciam, quae cessant, vbi est ignorantia. At dispensatio corrumpitur ex non seruata forma ad eius valorem necessaria, & ex defectu intentionis concedentis. Quae minime supplet ignorantia, quantumuis inculpabilis.

15 Quamuis autem verbis expressis, & specialibus non inueniatur in iure decimum, qualitatem aliquam exprimentam esse, factis tamen id deciditur, si decimum in iure inueniatur, ne delictum aliquod remittatur, vel ne dispenseur in aliquo casu. Quia eod. ipso exprimitur, metem iuris esse de negandi dispensationem, nisi in speciali aliquo casu, ea qualitate Principi expressa, velut ille in eo iure dispenseur. Hec regula, quam non ita expressē in Doctores inueniatur: at eorum doctrina aperte colligitur. Quippe ideo omnes asserunt (vt videmus disp. 25. n. 21) inueniunt matrimonij scienter in gradu prohibito teneri in dispensatione, ne subreptitia sit, exprimeat hūc matrimonij contractū: quia Trident. sess. 24. de matrim. c. 5. de iud. hūc spe dispensationis cariturū. Et similiter ideo tradit omnes in l. 3. C. de Episc. aud. in remissione secūdi homicidij esse necessariā mentionē remissionis primi, qui ibi deciditur, vt delictū semel tantū remittatur. Quae ratione expressē tradit Nau. extrauag. de datis, & promiss. pro gratia, notab. 32. nu. 48. coroll. 4. & lib. 1. consil. in vtraq. editione, tit. de constitut. consil. q. 19. n. 53.

16 Secunda conclusio. Idē prorsus dicendum est de qualitate, quae ex stylo curiae Romanae in rescriptis exprimita est: talis est necessariō explicanda, nec spectandum est, si Princeps ea expressa rescriptum similitur concederet. Quia cū stylos curiae faciat, c. quam graui, de crimine falsi: nec ab eo sit recedendum: (vt multis citatis probat Mascard. de probat. conclus. 137. nu. 51.)

ide de hac qualitate sentiendum est, quod de illa, quã iura exprimi iubent. Et ita docent Decius. c. ad aures, in noua editione, concl. 2. n. 28. de rescript. Rebuffus in concordatis, in forma mandati apostolici, vbi explicat narranda in beneficij impetratione, post. 30. narrandũ, vers. & postquã omnes aliq̃ qualitates. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. ceteria. 3. casu. 201. n. 28. Mascard. de probat. concl. 846. n. 8. Gutier. q. cano. lib. 2. c. 17. num. 51. Flaminus de resignat. benef. lib. 10. q. 2. n. 14. Et idem aiunt Menochius, Mascardus, & Gutierrez ibidem, quando ex cõsuetudine Principis qualitas aliqua narranda est. Quia cõsuetudo pro lege obseruatur. l. in minimè. ff. de legibus. Quare nec ignorantia excusabit harũ qualitatum taciturnitatem. Sicut nu. 14. idem diximus de qualitatibus iure exprimentis. Nec placet quod ait Henriquez lib. 12. de mari. c. 3. nu. 7. nempe, taciturnitatem qualitatũ ex stylo curiẽ exprimentẽ non vitare dispensationẽ in foro consecratiã, sed in solo externo: secus quando iure erat exprimentã qualitas. Cuius differentiã nullã inuenio rationẽ. Cũ doctores allegati exequunt vtraq̃ qualitates. Et in vtroq̃ foro idem omnino seruatur, vbi non est falsã prãsumptio, nec lex est pœnalis (vt probauit lib. 1. disput. 5. num. 20.) Et minũs placet euasio, qua vitur Zausl. q. praed. q. 737. à nu. 20. vsque ad. 24. respondens in casu quodam speciali non obstat stylum curiẽ, iuxta quem est aliqua qualitas in dispensatione exprimentã. Quod is stylus non imponat necessitatem illius obseruatĩe extra curiam Romanam, vt cum Baldo, & alijs tradit Rebuffus tomo. 3. constitutionum regiarum, tractatu de cõsuetudine, artic. 2. gloss. 13. num. 57. Non (inquam,) placet hæc euasio. Hoc enim solũ verum est quoad solemnitates accidentales iudicij: at quoad qualitates exprimentas in dispensatione stylus ille curiẽ est generalis, & iuxta illum literã iustitiã, vel gratiã quocunq̃ nitantur, solent expediri. Atq; ita iure optimo doctores allegati illum prorsus seruandum esse asseuerant. Et doctores, quos num. 19. allegabo, illum in his dispensationibus attendendum esse ad earum valorem docent.

17 Tertia conclusio. Quando nec ex iure, nec ex stylo curiẽ constat qualitatem tacitam esse exprimentã, existimo verissimam esse secundam sententiã. n. 11. relata, nimirum, tunc vitari rescripta quãcunq;

ex alicuius qualitatũ taciturnitate, quando veritate cognita Princeps illa non concederet: vel non absolutè concederet, sed quibusdã moderatiõibus adhibitis: secus quando tandem eodem modo concederet, licet multò difficilius. Atq; ita solius causę finalis taciturnitas vitabit gratiã. Quod probant rationes eod. n. 1. adhibita. Neq; existimo tertiam sententiã relata, nu. 12. si bene perpendatur, differre ab hac. Quia quando taciturnitas est causa finalis concedendę gratiã, ita vt ea non existente minimè concederetur, iura expressè iubent eas qualitates exprimi. Probat ex doctrina Bartol. l. 1. n. 7. ff. de vulgari, quã alijs relatis sequatur lum lib. 3. disp. 35. n. 2. tradentis, expressum nõ tantũ dici, quod specialiter dicitur, sed etiam quod in genere. At in genere statutum est in iure omnes dispositiones ex gratiã volutã pendentẽ vitari ex subreptione circa causam finalem (vt num. 11. probauit.) Adde in cap. postulasti, de rescript. expressè decidi ex taciturnitate harum qualitatum vitari gratiam. Quem textum non in solis beneficijs, sed in omnibus alijs gratijs procedere probauit. n. 10. & licet textus ille videatur etiam loqui quando expressã veritate non ita facilè concederetur gratiã: at optimè Decius ibi, in noua editione, notabili. 4. n. 11. probat in eo textu fuisse defectũ in causa finali: atq; fore vt expressã veritate Põtifex nullatenus literas dedisset, vt colligitur ex illis verbis, ibi. *Pro habite beneficij cõpetentis subsidiũ de leui nõ scribimus*: id est, non solemus scribere. Quod etiã colligitur ex. e. dudũ, vers. nos igitur, de præben. in 6. vt eũ textũ ponderauit. n. 11. Præterea quia nullo alio modo intelligi valet, quando ius qualitatem aliquã exprimi iubeat: & si bene attendamus ad dispensationes quas doctores omnes iudicãt subreptitias, eò qd veritas aliqua tacita sit, non inuenimus vbi specialiter ius eam qualitatem exprimi iubeat. Non ergo credendum est, auctores tertię sententiã velle hanc specialem expressionem petere.

18 Sed obijciẽs valde differre tertiam sententiã à secunda. Quia doctores tertię sententiã (vt num. 12. retuli,) expressè docent nõ irritari gratiã ex taciturnitate cuiuscunq; vitij, quo expresso Princeps gratiam non concederet, sed quãdo ius id verum exprimi iubet. Ergo sententiã nõ omnem causã finalis taciturnitatem vitare. Sed dico optimè eos sentire, nec aduersari

nostrã

nostrã sententiã. Quippe sunt duplicis generis qualitates, quã cognita à Principe ipsum omnino auerterent à concessione. Quædam sunt extrinsecæ, id est, non attinentes ad id, ad quod de iure est opus dispensatione. Et hæ non sunt necessariò explicandę, neq; earũ taciturnitas reddit dispensationem subreptitiã, quamvis ijs expressis Princeps non concederet. Nec hæ causę possunt dici in rei veritate causę impulsivę dispensationis, nedum finales. Et de his loquuntur doctores prædicti: vt constat ex eorum exemplo, nimirum, irritum magnis criminibus non reddentibus beneficij incapacem, valde ijs tacitis impetrare collationis gratiam à Pontifice, quamvis certò constet fore vt eorum Põtifex concius denegaret. Quod etiam inde constat, quia donationes alias grauitas, & elemosynas, ignorantia qualitatis extrinsecæ ad ea non conferentis, minimè vitari: quamvis donans illius concius abstineret se ab elemosyna, vel donatione, vt elemosyna collata pauperi nequissimo, illãq; pessimè expẽdenti valida est. Quia paupertas causa illius intrinsecæ est vera, quamvis largiens elemosynam non daret, h illius mores nosset. Quare iure optimo Innocentius, & Speculator (vt ex ipis, n. 10. retuli) dicũt taciturnitatem veri tunc vitare, quando contingit in ijs, quæ pertinent ad dispensationem obtinendam. Et Mandosius regula. 32. Cancellarię q. 9. nu. 10. & Gutierrez. q. canon. lib. 2. c. 15. n. 29. aiunt id quod tradunt doctores, nimirum, corrumpere gratiã tacita veritate, qua cognita Princeps non cõcessisset, intelligendum esse, quando idẽ remoueri Principẽ a concessione est cõforme iuri, & ex causa iusta, ac debita procedit. Secus quãdo procederet ex affectu, aut alia causa nõ cõsiderabili ad dispensationẽ. Aliã (inquit) dicendum esset non valere impetrationẽ beneficij, non exprimendo Põtificali aliũ valde illi familiarem, mox illud petiturum. Quia si id nosset, denegaret huic. Alię autẽ sunt qualitates intrinsecæ, quæ, nimirum, pertinent ad id circa quod dispensatio est obtinenda: & has qualitates esse necessariò exprimentas sustinemus, quando sunt causa finalis concessionis (vt. n. præcedenti explicuimus.) Nec de his sentiunt contrarium auctores illi: vt ex eorum exemplo constat.

19 Quod si petas, vnde dignosci possit qualitatem conducere ad dispensationem, &

cuius generis esse, vt ea expressa Princeps gratiam non concederet? Respondetur id prudentis arbitrio relinquẽ diudicandũ, quãdo nec ex iure, nec ex stylo curiẽ, nec Principis cõsuetudine id constat. Quod tradunt Abbas. c. constitutus. n. 5. de religiof. domi. & cap. ex conquestione. num. 4. de restit. spoliat. Felinus. cap. ceterum nu. 4. de rescript. Tiraquellus tractatu cessante causa, limitatione. 1. num. 15. & 18. Couar. 1. variarum. c. vltim. nu. 5. vers. falsitas. Nauar. c. si quando, exception. 3. num. 3. de rescript. Menochius lib. 2. de arbit. centuria. 3. casu. 201. num. 29. & duplici sequenti. Gutierrez. q. canon. lib. 2. cap. 15. nu. 44. & 49. Prudens autem hoc arbitrabitur attento communi curiẽ stylo, & Principis cõsuetudine, attentis alijs iuribus rescriptis, vt tradunt Lapsus allegatione. 89. factum super quo. num. 6. Felinus. c. super literis nu. 8. vers. prima regula, & c. in nostra, num. 19. corollario. 20. de rescript. Bartholom. Socinus conf. 164. nu. 5. & confil. 169. n. 10. vers. postremò respondendo, vol. 2. Affiliis decisione Neapolitana. 116. nu. 4. Casiodorus decif. 12. num. 14. de præbend. Sclaua benef. 3. p. q. 12. nu. 51. Rebuffus in concordatis, in forma mandati Apostolici, vbi explicat narranda in beneficij impetratione, paulò post. 30. narrandum, vers. & postquam omnes alio qualitates, & c. nulla, artic. 2. statim in principio, conclus. 4. de concess. præben. Couar. d. c. vltim. num. 1. vers. tertio. Menoch. d. casu. 201. n. 31. Pelæz de maioratu, in. 1. p. q. 8. nu. 1. & 2. Flaminus de confidentia benef. q. 46. n. 41. & 43. Gutierrez proximè allegatus.

20 Quando autẽ attentis omnibus circumstantijs, dubiũ est, an causa in dispensatione tacita, vel falsò expressã, sit finalis, ita vt sine vlla dispensatione nõ cõcederetur, vel tantũ sit impulsiva, controuertitur valde. Quidam enim præsumi finalem affirmãt. Huius sententiã videtur expressè Abbas. c. quia circa. n. 6. fin. de cõsang. & ibi Alex. de Neu. n. 6. fin. Præp. n. 4. vers. sed de dispensatione, vbi aiunt, in dispensatione, vel alia gratiã semper præsumendum esse, Principe m fuisse motum ex causa in ea expressã. Et expressius tenent Baldus conf. 355. præmittendum. n. 2. vol. 1. Bartholom. Socinus. conf. 273. in presentĩ consultatione, n. 11. vol. 2. Molina. 1. tomo de iustitia, tractat. 2. disput. 173. columna. 9. paulò ante vers. quando qualitas. Et de ratione ex-

Nnn preffa

pressa in lege eam præsumi finalem, affirmant multi, quos refert, & sequitur Tiraquellus tractatu cessante causa, limitatio ne. i. num. 21. 29. 30. 43. 44. 50. 86. Paulus consil. 3. 14. n. 2. volum. 1. Menochius consil. 272. nu. 57. volum. 3. Gutier. alios referens lib. 3. practicarum, quæst. 17. nu. 115. At verius est, in dubio non præsumi causam finalem, sed impulsuam, ac proinde præsumi fore ut illa causa verè expressa Princeps concederet dispensationem: ut vel sic illa valida sit. Quia valoris actus iura maximè fauent, atque in dubio eum præsumunt (ut num. 25. probabo.) Atque ita in gratijs, ac privilegijs docent Dynus regula decess, in fine, de regul. iuris, in. 6. & ibi Francus num. 3. Baldus ibi in addit. ad Ioanem Andream, & l. generaliter, numer. 3. C. de Episcop. & cleric. Corneus consil. 153 in præfenti consultatione. n. 12. vol. 2. Stapheleus de literis gratiæ, tit. de vi, & effect. clausularum, in principio, nu. 6. Tiraquellus limitatione. 1. num. 14. Rebuffus in concordatis, in forma mandati apostolici, paulo post principium, verb. mori honestas, vers. in dubio. Loazes de matrimonio regis Angliæ, dubio. 5. nu. 42. & 43. vbi pulchre ait causam in omnibus gratijs, ac privilegijs insertam, semper in dubio præsumi impulsuam, & nõ finalem, & in eo dubio nullatenus vitari gratiam ob eius defectum, aut falsitatem. Corduba summa, quæst. 45. opinione. 1. pun. 20. i. in. 2. ratione, versic. tambien se confirma. Atque idem in legibus, & donationibus tuentur Glossa. l. 2. fine. ff. de donatio. Euerardus loco à cefatione rationis, numer. 5. Bertachinus in suo repertorio, litera. C. verb. causa impulsua. Menochius consil. 106. nu. 92. vol. 2. & alij, quos refert Tiraquellus limitatione 1. n. 48.

21 Si specialius petas exprimenda in beneficij impetratione, (ne longius immorer,) consulendi sunt Felinus, & doctores cap. in nostra, de rescript. Rebuffus in concordatis, vbi de forma mandati apostolici, vers. quero quæ sunt in his mandatis: & c. nulla, toto ar. 2. de concess. præben. Selua benef. 3. p. q. 11. & 12. Berotius cap. ad aures per totum, & cap. super literis, in. 2. lectura de rescript. num. 72. Menochius de arbitrar. lib. 2. centuria. 3. casu. 201. à numer. 33. Mafcardus de probat. concl. 886. & duplici sequenti. Couar. 1. var. cap. vltimo. nu. 7. Gutier. q. canon. lib. 2. cap. 15. à numer. 74. Quæ autem explicanda sint in

22 legitimatione obtinenda, consule Menochium eadem centuria, 3. casu. 203. Et que in literis iustitiæ, consule eundem ibi, casu. 202. Et an litis pendentiæ sit faciendamentio, videndi sunt Speculator, tit. de dispensatione. 5. qualiter autem, numer. 8. & latissimè Flaminus de resignatione benef. lib. 2. q. 3. à num. 62. De explicandis verò in dispensationibus matrimonialibus agemus disputationibus sequentibus. Hinc inferitur primò non esse approbanda doctrinam Nau. lib. 5. conf. in. 1. editio. tit. de homicidio, conf. 4. n. vnic. in. 2. lib. 1. tit. de rescript. conf. 18. n. vnic. Manuel. 1. tomo summa, in. 2. editio. c. 179. conclus. 5. n. 10. vbi asserunt dispensationem irregulartatis ex homicidio presbyteri contra hæc subreptitiã esse, si taceatur occisum fuisse presbyterum. Quòd non satis delictum perperatam fuerit expressum Pontifici. Sed hæc doctrina displicet propter dicta. n. 18. Quia cũ irregularitas homicidij indici sit non tam ob delicti grauitatem, siquidem multò grauioribus delictis, vt blasphemie, perurio, nõ sit imposta, quã ob perfectè lenitatis defectum fuisse presbyterum, aut quencunq; alium hominem interfectum, est qualitas omnino extrinseca, & nil ad irregularitatem faciens.

23 Secundò deducitur, esse subreptitiã dispensationem, si quis proponat de votum religionis emisisse, cũ tamen vouerit perseveraturum se in eadè. Quòd tacuerit qualitatè intrinsecã tangenti ipsius voti substantiam. Et quia cõmunissima sententia tuetur contra Soru lib. 7. de iust. q. 2. art. 1. ad. 3. latum esse discrimen inter hæc vota, quòd religionis obliget ad solum ingressum bona fide, ita vt tẽpore nouitatus liceat ex iusta causa egredi, perseverantiam autem obliget ad profitendũ. Et ita non valere tunc dispensationem docent Navarro summa capit. 12. numero. 47. Philiacus de officio sacerdotis, tomo. 1. part. 2. libr. 3. capit. 20. versicul. idem etiam. Ludouicus Lopez. 1. part. instrum. capit. 44. fine. Manuel. 2. tomo summa cap. 95. conclusion. 7. numero. 7. Vega. 2. tomo summa. capit. 129. casu. 29. Si autem explicaret se vouisse religionem, cũ tamen vouisset se futurum religiosum, valida est dispensatio. Quia vtrumque votum solis verbis differt, & re ipsa idem est, ad solumque ingressum bona fide ad experiendum obligat. Vt contra Caietanum inter vtrumque votum distinguentem tue-

tur eum cõmunissima sententia Azor lib. 11. institucionum moralium. c. 22. q. 7. vbi alios refert.

24 Tertiò deducitur, quòd dicendum sit de cõcessione impetrata ab Episcopo, vel alio superiore ad dispensandum in quodã casu, quando impetrans data opera tacer casum, quia existimat fore vt eo expresso Prælatus denegat: & Prælatus non interrogans casum, sed fidens petenti concedit illi suas vices ad dispensandum? Sic distinguendum existimo, si petens norit Prælatum esse in contraria voluntate habituali, quia in similibus casibus nunquam vult dispensare, vel quòd se non posse opinetur, vel quòd nolit, non valebit impetratio. Nam concedendi intentio deficit. Quia sicut in generali concessione non veniunt ea, quæ quis verisimiliter non esset in specie concessurus, regula in generali, de regul. iuris, in. 6. Ita nec in illa indeterminata concessione venit casus, qui habituali concedentis voluntati aduersatur. Si autem non adesset hæc habitualis voluntas, nec opinio contraria: sed tantum creditur fore vt à concessione aliquo qualiter retardetur, & forte nolit, eò quòd minutissima spectet, vel scrupulis agitur, valida erit impetratio. Quia absolutè prælatus cõcessit: & nulla est actualis, vel habitualis voluntas.

25 Quartò inferitur, quid sentiendum sit in dubio an dispensatio valida sit, an potius subreptitiã? vt quia dubiũ est an satis probetur veritas narratorum in precibus: vel quia dubium est, an causa tacita, vel falsò inter alias veras expressa sit finalis. Petrus de Ledesma in summa sacrament. vbi de matrimonio cap. 27. in fine, ait in eo dubio non esse incendum matrimonium: at si eo into superueniat, iudicandum esse in matrimonij fauorem. Probat priorem partem, quòd culpa sit rem dubiam attentate. Item quia Pontifex concedit ordinario vt dispense, si preces veritate nitantur. At quando id est dubium, non nituntur veritate. Tertiò potest probari, quia cũ de impedimento constet, & dispensatio dubia sit, stat possessio pro impedimento. At verius existimo in dubio præsumi eam dispensationem validam. Quod affirmat, & optimè probat Riminaldus consil. 275. numer. 17. volum. 3. & consil. 562. num. 26 & duplici sequenti, volum. 5. multis allegatis, & specialiter Bentio tractatu de nullitate sententiæ, tit. qualiter sententia, &

processus, qui dicuntur nulli, nu. 127. vbi ait studendum esse nunquid nullitas obiecta possit aliquo modo exiure, vel ex facto offuscari, vel saltem dubia reddi. Quia re existente dubia iudicandum est in valoris actus fauorem, vt magis valeat, quã pereat cap. Abbate, de verb. signific. & l. quoties. ff. de rebus dubijs. Quare censeo posse virtute eius dispensationis id matrimonium iniri: aliàs frustra ea præsumptio esset. Nec obstant in contrarium adducta. Non primum, quia agere contra dubium speculationum culpa vacat, quando non adest dubium practicum (vt probauit lib. 2. disput. 41. numer. 8.) At in hoc euentu non est dubium practicum: nam præsumptio illa, quæ cogit existimare valere in hoc dubio dispensationem, præponderat rationi alteri cogenti dubitare, atque ita constituit opinionem probabilem valoris huius dispensationis. At operari iuxta opinionem probabilem est licitum. Neque obstat secundum, quia cũ in eo dubio præsumatur pro dispensationis valore, præuulet ea pars, vt preces veræ sint, & vt causa circa quam est subreptio, non sit finalis, vt numer. 26. probauit. Tandem non obstat vltimũ. Quia possessioni illi stanti pro impedimento præponderat præsumptio valoris actus, qui in dubio, & quantum fieri potest, præsumendus est.

26 Limitanda tamen est nostra tertia conclusio, vt taciturnitas causæ finalis vitet dispensationem, quando est de præfenti, vel præterito remouens Principem à gratia concedenda: fecus dicendum est de causis, quæ in futurum contingere possunt, quæ se habent ad esse, & non esse: de illis enim non est curandum, vt non nocet in beneficij impetratione tacere ius, quod posset aduersarius consequi me non impetrante. Sic tradunt Felin. c. in nostra. n. 15. corol. 7. de rescript. Casiodorus decis. 16. h. 2. & 3. de præben. Flaminus de resignatione benef. lib. 6. q. 2. n. 86.

27 Secundo limitanda est, nisi tacetur veritas notoria, & quam creditur Principem nouisse. Quippe eius taciturnitas non inducit subreptionem, vt potè quæ non inducit ignorantiam, ac defectum intentionis. Ita Felin. c. in nostra. n. 15. corol. 5. de rescript. Naua. lib. 3. conf. vtraque editione. tit. de feudis, consil. 1. n. 2. & 3. Mafcar. de probat. concl. 846. n. 10.

28 Tertiò limitanda est, nisi qualitas tacita de iure inuit, qualis est referentio gene-

ralis in iuris corpore clausa. Sic Decius. c. fedes, in noua edition. nu. 22. de rescript. Felinus. c. in nostra. corol. 4. nu. 14. de rescript. Casiodorus deef. 12. n. 8. de præb. Masciar. nu. 15. Nau. num. precedenti allegati.

29 Verùm autem ea veritas causæ finalis tacita perignorantiam, vel ex malitia curialis, cui ea dispensatio obtinenda commissæ est, vitietur? dicemus, num. 56. 57. & quando impulsua tacetur ex malitia, dicemus, nu. 73. & 74.

30 Ad argumenta proposita. n. 10. respondetur. Ad primū constat ex dictis. n. 17. vbi eum textum explicui. Ad contr. dic id euenire, quia eam veritatē exprimentā esse deciditur in illis textibus: & idē eius taciturnitas vitiat, licet constet Principem veritate cognita concessurū; iuxta dict. n. 13. Ad secundū, dic eū qui tardius dat, nō dare minus in rei veritate, sed tantū quoad modum dandi, & ponderationem beneficij collati in ea donatione. Ad vltimū dic etiam falsi expressionē non nocere, quando falsitas non cōtingit circa causam dispensationis finalem, vt dicam, numer. 32. Ad argumenta proposita, numer. 12. respondetur. Ad primū dic intentionem iuris esse vt defectus circa causam finalem vitiet, vt num. 17. ostendi. Ad secundū constat ex dictis, num. 18. Ad tertium dic eam annulationem non habere penæ rationem, cum nō in delicti penam, sed ob intentionis concedentis gratiam defectū statuatur. Adde iure eam expressam esse, vt nu. 17. probaui.

SVMMARIVM.

An falsi expressio vitiet? Refertur quadam sententia. n. 31.

Proponitur sententia Auhoris, nu. 32.

Quid, si in foro externo probetur veritas precum testibus falsis, siue ea in se falsa, siue vera fuerint? nu. 33.

An in dubio ea falsa causa expressa presumatur finalis, an impulsua, & quid, si per ignorantiam allegatur, vel ex curialis malicia? Remissio, num. 34. & ibi, quid quando ex propria malitia est falsitas circa causam solam impulsuam?

An vitiet falsi expressio, quando facilius reditur dispensatio, vt si quis impetret beneficium dicens se curatum, aut dignitatem, eū tamen sit simplex, vel officium, nu. 35.

Quando causa censetur gratia taxationis,

aut demonstrationis adiecta? numer. 36. Error in nomine eius cum quo dispensatur, an vitiet? & an privilegium iuxta supplicia sit intelligendum? nu. 37.

Quid, si concedens gratiam notat personā cui per errorem est petita, errato nomine veri petentis? nu. 38.

Quid, si erretur in diocesi eius, cui dispensatio impetratur? & an error culpa vacans faciat rescriptum extendi ad casum sub verbis nō comprehensum? nu. 39.

An sit subreptitia dispensatio, quando proponitur sub dubio vinculum, in quo dispensatur, eam tamen certum sit? nu. 40.

An qualiscunque sit falsa causa, si ea sola proponatur, vitiet? nu. 41.

Quid, quando plures narratur causa, & aliquæ sunt veræ, & aliquæ falso, licet per fraudem falsæ exprimentur? nu. 42.

Quid, in dispensationibus, & rescriptis gratiosis, quando plures allegantur causæ, quædam veræ, & alia falsæ? Refertur opinio. n. 43.

Proponitur sententia Auhoris, nu. 44.

Quid, si Pontifex dispense cum cōanguineis, allegata falso copula, at verè iacturæ same mulieris? nu. 45.

Soluuntur argumenta, nu. 46.

Post. n. 46. inuenies alia summaria.

Questio secunda. An omnis expressio falsi vitiet dispensationes, ac cæteras gratias? Duplex est sententia. Prior sustinet hæc reddi subreptitia, & irrita, etiā si causa falso expressa sit impulsua, quæ, nimirum, ea non leuiter mouetur Princeps ad gratiā concedendam, quamuis ea non narrata concessisset. Ducitur eisdem argumentis n. 10. relatius, quibus probatur ex causæ impulsuæ taciturnitate vitari dispensationē. Quod in ea taciturnitate sit virtualis quædam falsi expressio. Secundo, quia licet habeant tacitā cōditionem, si preces veritate nitantur. c. 2. de rescript. Cuius signū est, Pontificem prius narrare, in suis literis ea quæ pars proposuit, & statim subdere, si ita est, dispensa. Et idē hanc sententiā sustinent loquentes de beneficijs, Abb. cap. postulat. n. 1. ver. itē nota ibi, de rescript. & ibi Immol. n. 4. Felin. nu. 1. ver. possunt etiā dici. Decius. c. cum cessante, in noua edition. n. 7. de appel. Beia in suis responsis, casu. 62. sine. Et loquentes in genere de rescript. docent Card. d. c. postulat. n. 4. notab. 8. Barbat. ibi. nu. 16. Angel. verb. rescriptum. n. 3. & ibi Armil. n. 2. Tabien.

31

quæst.

q. 3. n. 4. Et loquentes de omni dispensatione docent Abb. c. ex parte, el. 2. nu. 8. sine, de conuers. coniug. Bellemera deef. 697. conclusio extra rotam. nu. 4. Ripa. l. ex factio. n. 15. ver. & si replicaueris. ff. de vulgari. Marian. Socin. conf. 77. n. 85. vol. 1. Tirraquellus tractatu cessante causā, limitatio ne. 1. n. 12. & 14. Nau. sum. c. 22. n. 86. ver. quinto, & extragag. de datis pro gratia, notabili. 32. nu. 48. corollar. 4. ver. nec obstat resolutio, & c. si quando, exception. 3. n. 3. de rescript. & lib. 1. consil. in vtraq; editione tit. de consil. conf. 1. q. 19. nu. 50. & tit. de rescript. in. 1. edition. cons. 1. nu. 5. in 2. conf. 12. n. 5. & conf. 14. n. 3. & lib. 4. tit. de cognat. spiritali, cons. vlt. nu. 3. Gutierrez. q. canon lib. 2. c. 15. n. 41. & sequentibus. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. d. orij. c. 296. colum. 13. & 2. p. vbi de ieiunio. c. 112. col. 25. & vbi de matrim. c. vltimo, colum. antep. multima. Manuel quæst. regular. tomo. 2. quæst. 46. art. 6. Et absolute non distinguites an causa sit impulsua, an finalis, tradit vitari dispensationem ex causæ expressæ falsitate, Glossa cap. quia circa, verb. falsa, de confanguin. & ibi Abb. num. 5. Gozadinus consil. 51. num. 42. addens hoc esse verum etiam in literis Apostolicis additur, Et ex alijs causis animum nostrum mouentibus. Et loquens in legitimatione Velascus consil. 60. nu. 5. tomo. 1. Et loquentes in matrimonio Couar. 4. decret. 2. par. c. 6. §. 10. nu. 14. Menochius consil. 385. num. 3. 1. ver. non etiam obstat, volum. 4. Gutierrez. d. c. 15. n. 100.

32 Posterior sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo,) ait solius causæ finalis falsæ expressionē vitari dispensationem, nimirum, quando Princeps ex falsitate nō expressa gratiam minimè concessisset, secus quando concessisset, & multo maiori difficultate. Hanc sententiam probant rationes, nu. 11. adductæ ad probandū solam causæ finalis taciturnitatem inducere subreptionem. Eadem enim ferè est ratio de taciturnitate veri, cum in ea virtute claudatur falsi expressio. Deinde quia eandem libertatem exigit donatio, ac gratia à Principe concessa. Cum vtraque à mera alterius volūtate procedat: imò maiorem postulat donatio, vt potè quæ nullam debiti rationem habet, quam tamen habet aliquo modo dispensatio ex iusta causa eō concessa. Sed donatio procedens ex causa falsa simulata impulsua non est irrita, sed tantum vbi falsitas contingit in causa finali,

vt bene docent Adrianus. 4. tractatu de restitutione, quæst. quæ incipit, consequenter quæro vtrum in distinctione. Merina. C. de restit. quæst. 24. in solutione ad. 4. & 5. Nau. summa cap. 17. num. 107. & multi alij. Ergo gratia Principis procedens à causa impulsua falsa valet. Tandem quia conditio in his literis posita, si preces veritate nitantur, intelligitur in substantialibus, id est, in ijs ex quibus gratia pender, ita vt aliàs non concederetur. Et idē hanc sententiam videntur expresse tenere Speculator, tit. de dispensatione. §. dicendum restat. numer. 10. ver. quid si. Innoc. cap. dudum, el. 2. nu. 15. ver. inualidā, de electio. vbi dicunt expressionem falsi tunc vitare, quando est inijs, quæ circa obtinendam dispensationem consistunt, scilicet, quibus verè expressis ea non concederetur. Et videtur tenere Imola eo. c. dudum, num. 18. vbi ait falsitatem vitare, quando ea non expressa denegaretur dispensatio. Et tenent Glossa cap. ex parte, el. 2. verb. falsa, de conuers. coniug. Decius. c. postulat. in noua editione, nu. 11. notabili. 4. & cap. super literis, in glossa, verb. literas, num. 33. de rescript. & ibi Berouius in. 2. lectura, nu. 35. Parisius conf. 4. numer. 35. volum. 4. Staphilaus de literis gratiæ, tit. de vi & effectu clausularum, in principio, nu. 5. Sylu. verb. rescriptum. q. 6. & q. 7. initio, Loazes de matrimonio regis Anglie, dubio. 5. num. 37. 42. 44. 45. 46. Couar. lib. 1. variar. cap. 20. num. 5. verfic. falsitas. Henriquez lib. 12. de matri. c. 3. n. 7. & eisdem sententiæ videtur esse Menochius de arbitrar. lib. 2. centuria. 3. casu 201. nu. 22. vbi dicens magis receptæ sententiam habere vt subreptio circa causam impulsuam vitiet. subdit multum, nec im merito dubitari alios de hac sententiā. Adde optimè, Couarrub. intelligendam hæc sententiam esse, quando ea causa impulsua falso expressa, talis est vt si verè principi significeretur, gratiam concessisset eodem modo, quo concessit: secus si non eodem pacto concessisset, sed quibusdam moderationibus adhibitis. Sicut etiā diximus, num. 11. sine, agentes de veri taciturnitate. Quia tunc nō verificatur Principem causā verè explicata gratiam concessurum. Et quia ea causa est verè finalis, vt nu. 8. probaui.

33 Quod si in foro externo veritas precum in dispensationibus allegata probetur falsis testibus, quado postea cōstaret veritas, cē

senda est ea dispensatio irrita. Nec obstat iudicem inuenisse ita esse: atque ita videtur verificari clausula, si ita esse inuenieris. Quia fundatur in falsa presumptione. Sic Petrus de Eadem in summa sacram. vbi de matrimonio. c. 27. difficultate vltima. Atque idem intelligo etiam testes illi veri essent, quia putabant se verum testari. Quia in rei veritate non verificatur conditio illa, si ita est. Si tamen causa vera in se esset, quamuis falsis testibus probaretur, quia, nimirum, vel testes eam ignorabant, vel credebant eam esse falsam, valeret utique dispensatio. Quia causa erat vera in se, & talis iudicata secundum allegata & probata.

34 An verò in dubio presumatur causa circa quam est falsitas, impulsiva, an potius finalis diximus. n. 20. & quid, si ea falsitas ex ignorantia contingat, vel ex curialis relatione? dicitur. n. 56. & 57. & quid, quando ex propria malitia: est tamen causa impulsiva? dicitur. n. 73. & 74.

35 Ex his deducitur primò non vitari dispensationem ex falsa causae expressione, quando ea verè expressa facilius esset dispensatio, ut si impetrans beneficii narret id esse curatum, vel dignitatem, cum tamen sit simplex, aut officium. Quod intellige quando causa demonstrationis ea qualitas adiungitur, secus si causa taxationis. Prior pars constat ex l. falsa. ff. de condit. & demonstrat. & ex c. tua, de sponsal. ex quibus textibus constat falsam demonstrationem non nocere, quando constat de corpore. At hic constat de corpore, impetratur enim certum beneficium vacans. Posterior autem pars probatur ex cap. cui de non sacerdotali, de præbend. in 6. vbi deciditur mandatum de conferenda alicui præbenda certi valoris, non extendi ad minoris valoris præbendam, & ex c. susceptum, de rescript. in 6. vbi mandato dato de conferendo beneficio vacanti per resignationem, nequit conferri si vacet per mortem. Cui tamè in vtroque casu, vel facilius in priori casu, vel saltem sequè facilius in posteriori Pontifex concederet. Quarum decisionum alia ratio commoda assignari nequit, nisi designationem illam minoris valoris, ac modi vacandi adiectionem esse gratia taxationis. Quod inde suadet, quia in vtroque textu est mandatum, cuius fines diligenter, & ad vnguem seruandi sunt, ut expressè redditur hæc ratio eo. cap. cui de non sacerdotali, in fine. Ratio autem huius di-

uersitatis ea est. Quia quando gratia demonstrationis adijcitur qualitas, non restringit gratiam, sed re vera est animus conferendæ rei ut est in se, quamuis falsa eius qualitas demonstratur. At quando causa taxationis, limitatur gratia ad rem qualitate illa affectam: quare si illa non afficiatur, deficit gratia defectu voluntatis concedentis. Non enim potest gratia trahi ad beneficium ea qualitate destitutum, licet id à Pontifice facultis concessum foret. Atque ita docent Abbas cap. significan. rescript. nu. 6. & 7. & cap. super literis, num. 3. de rescript. Felinus eo. cap. significante, numer. vltimo, vers. vltimus tangit: & eo. c. super literis, num. 3. limitatione. 4. & ibi Beroius in l. lectura, num. 44. Rebuffus cap. nulla, art. 2. statim in principio, post. 4. conclusionem, vers. notetis, de concess. præb. Staphilaus de literis gratia, vbi de forma, & modo impetrandi, tit. præterea est dare dignitatem, numer. 4. 5. & 6. Syluest. verb. rescriptum, quæst. 3. Couar. allegata Nota decisione lib. 1. variar. cap. vltimo, num. 6. Gutier. quæst. cano. lib. 2. cap. 17. n. 83. & 84.

36 Quòd si petas, quando censetur causa demonstrationis, & quòd causa taxationis qualitas adiectionem? Hanc regulam tradit Felinus. c. super literis. n. 4. de rescript. quem sequitur ibi Beroius in l. lectura. n. 45. gratia demonstrationis ceterum apponit aliquid, quando sub diuersis verborum conceptionibus exprimitur. At taxationis gratia, quando sub vna verborum conceptione, v. g. in legatis, si præcedat dispositio testatoris significans quid solui debeat, & postea subnectitur præstatio, unde faciendū sit, ac proinde sunt duæ orationes, illa additio videtur apposta, gratia demonstrationis, unde non limitat dispositionem, sed solum demonstrat unde facilis solui possit, & sic quamuis deficient, debetur. Quando autem vnica est oratio significans quid, & unde solui debeat, tunc illa assignatio taxat dispositionem, ac ea deficienti deficit, ut lego decem quæ mihi Titus debet, vel quæ sunt in arca, si is non debeat, vel non sint in arca, perit legatum. Et in beneficijs ponit exemplum Beroius proxime al legatus, ut sit causa demonstrationis, & cetero tibi tale beneficium quod fuit ere dū in tali Ecclesia pro dignitate, vel tale beneficium, quod est dignitas in tali Ecclesia. At causa taxationis, confert tibi dignitatem talis Ecclesie. Quæ eadem regulam in legatis

tradunt Bart. inter stipulantem. §. sacrament. numer. 6. ff. de verb. obligat. & alij quos refert, & sequitur Tello. l. 17. Tauri numer. 127. Sed quamuis hæc regula legis, & contractibus optimè adaptari possit: at dispensationibus, & beneficiorum impetrationibus nescio qualiter aptari valeat. Quia forma communis sic se habet, proponit supplicans se esse in tali gradu coniunctum cum femina, quam vult ducere. Et in beneficij impetratione proponit in tali Ecclesia vacare beneficium curatum, & Pontifex simpliciter respondet, si ita est, dispensetur, vel conferatur, vel ipsemet confert. Quare cum semper sit vnica oratio, conferetur semper adiecta qualitas per modum taxationis, atque ita dicendum esset, semper inutilem esse dispensationem, in qua erratum est in gradu, aliter esse secundum, cum tamen sit tertius: & impetrationem beneficij esse semper inutilem, in qua assertum est id esse curatum, cum tamen sit simplex. Quare licet existimem semper apponi causa demonstrationis, quoties est duplex oratio: at non est sufficiens signum ad colligendum apponi gratia taxationis, vnica esse orationem, sed aliunde id petendum est. Vnde textus cap. susceptum, de rescript. in 6. & cap. cui de non sacerdotali, de præbend. in 6. citati, num. præcedenti ad hoc comprobandum, reddunt rationem, cur sub maioris valoris præbenda non comprehendatur quæ minoris est: nec sub vacatione per resignationem comprehendatur vacatio per mortem, quòd illud mandatum fuerit, cuius fines strictissime seruandi sunt. Atque ad hoc strieta hac mandati interpretatione colligitur eam qualitatem, & modum adiectam esse causa taxationis. Vnde hoc est speciale in mandato, ut optimè notat Decius regula in eo quod plus est, numer. 14. ff. de regul. iuris, Pe-laez de maioratu, in 1. editione. par. quæst. 4. numer. 3. Et idem Beroius. d. cap. super literis, in l. lectura, numer. 57. & 58. ait alij placuisse sibi regulam dictam, nunc tamen non placere, tam in legatis, quam in dispensationibus, eamque latè impugnare. Et numer. 58. concludit quando aliquid adijcitur in eadem oratione, non semper causa taxationis apponi, sed quando præcesit generalis, vel indefinita dispositio de dando, aut faciendo aliquid, & adijcitur locus, seu materia super qua executio fieri debet: secus si quid tanquam

qualitas rei adijceretur. Quia etiam in eadem oratione diceretur fieri causa demonstrationis. Et hæc limitatio facti mihi placeat. Et illa retenta cessat obiectio propo-sita. Nam quamuis in eadem oratione soleat Pontifex exprimere beneficium cum sua qualitate: cum expressio illa adijcitur tanquam qualitas rei, non censetur causa taxationis, sed causa demonstrationis apposta, nisi aliunde colligatur mentem concedentis fuisse causa taxationis. Similiter ait bene Beroius ibi, dicendum esse id quod expressum est, stare demonstratiue, quando requiritur ad certitudinem, & valorem actus demonstratio, & nulla est alia. Tunc enim presumpcio valoris actus, quæ semper in dubio capiendæ est. I. quoties. ff. de rebus dubijs, efficitur ut in eo dubio stet demonstratiue.

37 Secundò deducitur, quid dicendum sit, quòd error committitur in nomine eius cui impetratur dispensatio? Videtur enim dispensatio subreptitia, & irrita. Quia priuilegium intelligitur iuxta verba in supplicatione posita, vt optimè docent alij citatis Iason. l. Gallus, in l. lectura. §. idem credendum. n. 10. ff. de liber. & posth. Loazes de matrimonio Regis Angliæ, dubio 5. nu. 28. Gutierrez lib. 3. practicæ, q. 18. nu. 42. Matienço lib. 5. recopilat. tit. 2. l. 1. glof. fa. 2. n. 3. Manuel addit. ad bullam. §. 9. nu. 109. & probatur ex l. si præses. ff. de pænis, & ex §. præterea, in l. de inutili stipulatione. At in supplicatione est petita dispensatio personæ proprio nomine signatæ. Nō ergo porrigitur ad eam, quæ id nomen nō habet. Secundò ex doctrina Pauli. l. si quis in fundi, in principio, numer. 5. ff. de legat. 1. vbi tradit legatum reddi irritum, quamuis constet de intentione legantis circa rem, quam legare voluit, si eam non expresserit per vocabulum ipsi conueniens. Tertio ex capit. significante, de rescript. vbi petitur est à Pontifice rescriptum contra. G. Remensis diocesis: cum tamen non esset Remensis, sed Leonensis, & deciditur rescriptum esse subreptitium. Cæterū absque dubio dicendum est, non vitari dispensationem, sed prodesse illi, cui comparata est, quamuis in eius nomine erratum sit. Quia error nominis proprii quando constat de corpore, non vitat rescriptum, ut probatur à simili, ex l. si quis in fundi. 4. ff. de legat. 1. ibi. Si quis in fundi vocabulo errauerit, & Cornelianum pro Semproniano nominauerit,